



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

1. De Euangelio Dominicæ: de immunitate Christi à peccato Ioan. 8.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

Dominica V. Quadragesimæ.

De immunitate Christi à peccato.

Ioan. 8.

5. Hebd.
Quadr.
I.

I. Iesus dixit Iudæis: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Vbi expendendum, tam eximiam fuisse Christi innocentiam, non solum quoad exteriores mores, verba, & opera, sed etiam quoad intimas cogitationes, & desideria, quæ omnia diuinam spirabant puritatem, vt ne vnus quidem veri erret ab inimicis suis, curiosissimè vitam eius obseruantibus, posset conuinci. Quanta & tua, qui imitator Christi, & auditor diuini verbi haberi vis, esse deberet à peccatis, non solum grauioribus, sed etiam leuibus, imò à minimis etiam imperfectio-^{us} nibus immunitas? Feruor proficiendi in puritate conscientia.

II. Christus calumniosè à Iudæis infimulatus, quod esset Samaritanus & dæmonium haberet: ad primam contumeliam, vtpote se velut homi-

Q 3

mcra

se fecit
Iesum
ertum,
Danie-
accusa-
ens ve-
Zasaris,
grati-
m Dei
erè A-
est Dei:
us esse
ur. O
nitan-
ani fa-
i leges
autem
pro-
ndare
o,

Domi

nem concernentem, tacuit; alteram, gloriam diuinæ Maiestatis attingentē, mansuetē refutauit, seque non propriam sed patris gloriam querere ostendit: vt nos doceat calumnias nobis illatas patienter ferre; Deo vero irrogatas refellere, ex sancto zelo diuini honoris, nō ex cæco amore propriæ existimationis. Quos internos Christus mansuetudinis, & zeli gloriæ Patris, quos commiserationis affectus erga Iudæos tam excæcos exercuerit nobis imitandos?

III. Cū deindē clarē insinuasset, se esse æternum æterni patris filium, verum Messiam in lege promissum; cuius diem expectarit, & in spiritu caritatis viderit Abraham, cuius sententiam si quis seruarit, non sit gustaturus mortem in æternum: Iudæi porō increduli tamquam blasphemum lapidibus obruere tentarent, abscondit se & exiuit e templo, nolens videlicet ante tempus à Patre præfinitum miriori mortis genere e medio tolli, vt omnia in lege & Prophetis prædicta tormenta prius perpeti, & demum, per acerbissimam iuxta ac ignominiosissimam mortem in ara crucis posset pro nobis velut holocaustum immolari.

Qin.

Oingens ardor amoris, ô igneus amor
crucis, ô zelus insatiabilis plura & di-
riora patiendi amore Patris, & huma-
næ salutis! Gratitude, amor.

De Christi condemnatione.

II.

Ioan. 19.

I. **P**illatus adduxit foras Iesum, &
sedens pro tribunali dixit Iudæ-
is: *Ecce rex vester*: illi autem clamabant:
Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pila-
tus: *Regem vestrum crucifigam*? Respon-
derunt Pontifices: *Non habemus regem,
nisi Casarem*. Quo affectu resignationis
erga Patrem, & comiserationis erga
hostes, amoris erga omnes filios æterni
regis, princeps regum terræ, de quo
scriptum: *Ego autem constitutus sum rex*
ab eo super Sion montem sanctum eius,
permiserit se sic reprobari à Iudæis
implentibus illud: *Dirumpamus vincula*
*eorum, & proiciamus à nobis iugum ipso-
rum,* & illud à se prædictum in parabo-
la: *Nolumus hunc regnare super nos*: clarè
intuens sic impleri illud: *Lapidem, quem*
reprobauerunt, hic factus est in caput anguli,
videlicet per se, veluti lapidè angularè
reprobatum vnum corpus Ecclesiæ,
cuius ipse caput esset, ex Iudæis & gen-
tibus, constandum. Quam ardentè

Psal. 29.

Psal. 2.

Matth. 29.

Psal. 2.

Q. 4.

optatis.